

thronus meus in columna nubis. Superbörum.

## Lectio iij.

**A** Varus non implebitur pecuniä: & qui amat divitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Ubi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessöri, nisi quod cernit divitias oculis suis? Dulcis est somnus operanti, sive parüm, sive multüm comedat: saturitas autem divitis non sinit eum dormire. Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: divitiæ conservatæ in malum dömini sui. Pereunt enim in afflictione pessima: generavit filium, qui in summa egestate erit.

**E**mitte Dömine sapiëntiam de sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret: \* Ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. \* Da mihi Dömine sedium tuarum assisticem sapiëntiam. Ut sciam. Glöria Patri. Ut sciam.

## FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiastæ.

## Lectio ij. Cap. 6.

**E**st & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud hömnes: Vir cui dedit Deus divitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & miseria magna est. **Q** Da mihi Dömine sedium tuarum assisticem sapiëntiam, & noli me reprobare a pueris tuis: \* Quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. \* Mitte illam de sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret. Quoniam.

## Lectio ij.

**S**i generit quisplam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima

illius non utatur bonis substantiæ suæ, sepulturæque careat: de hoc ego pronuntio quod melior illo sit abortivus. Frusträ enim venit, & pergit ad tenebras, & oblivione delebitur nomen ejus. Non vidit solem, neque cognovit distantiam boni & mali: etiam si duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfructus bonis.

**I**nitium sapiëntiæ timor Dömini: Intellectus bonus omnibus faciëntibus eum: laudatio ejus manet in sæculum sæculi. \* Dilectio illius custodia legum est: quia omnis sapiëntia timor Dömini. Intellectus.

## Lectio iij.

**N**onne ad unum locum properant omnia? Omnis labor höminis in ore ejus: sed anima ejus non implebitur. Quid habet amplius sapiens a stulto? & quid pauper, nisi ut pergat illuc, ubi est vita? Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias. Sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus. **V**erbum iniquum & dolösum longè fac à me Dömine: \* Divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantüm victui meo tribue necessaria. \* Duo rogavi te, ne denegetis mihi antequam moriar. Divitias. Glöria Patri. Divitias.

## SABBATO.

De libro Ecclesiastæ.

## Lectio ij. Cap. 7.

**Q**uid necesse est hömini majora se querere, cum ignoret quid conducatur sibi in vita sua número dierum peregrinationis suæ, & tempore, quod velut umbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit? Melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa: & dies mortis diæ nativitätis. Melius est ire ad domum lectus, quam ad domum convivii: in illa enim finis cunctorum admone-

netur höminum, & vivens cogitat quid futurum sit.

**D**ömine pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorüm meörum ne dederis mihi, & desiderium malignum averte à me Dömine: aufer à me concupiscentiam, & Et animo irreverenti & infrunito ne tradas me Dömine. \* Ne derelinquas me Dömine, ne accrescat ignorantia meæ, nec multiplicentur delicta mea, Et animo.

## Lectio ij.

**M**elior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigiuntur animus delinquentis. Cor sapiëntium ubi tristitia est, & cor stultörum ubi letitia. Melius est a sapiënte corripri, quam stultörum adulatiöne decipi. Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas. Calumnia conturbat sapiëntem, & perdet robur cordis illius. Melior est finis orationis, quam principium. Melior est patiens arrogante.

**M**agna enim sunt judicia tua Dömine, & inenarrabilia verba tua: \* Magnificasti pöpopulum tuum, & honorasti. \* Transtulisti illos per Mare rubrum, & transvestisti eos per aquam nimiam. Magnificasti.

## Lectio iij.

**N**e dicas: Quid putas causa est quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt? stulta enim est hujuscemodi interrogatio. Utilior est sapiëntia cum divitiis, & magis prodest vidëntibus solem. Sicut enim protegit sapiëntia, sic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & sapiëntia, quod vitam tribuunt possessöri suo. Considera öpera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. **Q**ua sunt in corde höminum, oculi tui vident Dömine, & in libro

tuo omnia scribentur: \* Homo videt in facie, Deus autem in corde. \* Omnia enim corda scrutatur, & universas mentium cogitationes intelligit. Homo. Glöria Patri. Homo.

**Ad Magnificat. Antiphona.** Omnis sapiëntia à Dömino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum.

**Si sequens Dominica venerit in die Assumptionis B. Mariæ, vel S. Hyacinthi, vel in die Octava S. Laurentii, liber Sapiëntiæ ponitur in ipsa die S. Hyacinthi, vel in die Octava Sancti Laurentii, & de eo legitur in Festo S. Bernardi, & post Octavam Assumptionis B. Mariæ, si superstit dies, usque ad sequentem Dominicam.**

## DOMINICA III.

Augusti.

In primo Nocturno.

Incipit liber Sapiëntiæ.

## Lectio ij. Cap. 1.

**D**iligite justitiam, qui judicatis terram. Sentite de Dömino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam invenitur ab his, qui non tentant fontem: apparet autem eis, qui fidem habent in illum: perverse enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes: Quoniam in malövolam animam non introibit sapiëntia, nec habitabit in corpore subito peccatis.

**I**n principio Deus Antequam terram faceret, priusquam abyssos constitueret, priusquam produceret fontes colararum, & Antequam montes collocarentur, ante omne colles generavit me Döminus. \* Quando preparabat celos, aëderam, cum eo cuncta componens. Antequam.

## Lectio ij.

**S**piritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superveniente ini-

iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiae, & non liberabit maledicum à labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguae ejus auditor. Quoniam spiritus Domini replévit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest, latere, nec præterierit illum corripiens iudicium.

**R.** Gyrum caeli circuívi sola, & in fluctibus maris ambulávi, in omni gente & in omni populo primatum tenui: \* Superbórum & sublimium colla própria virtute calcávi. **Y.** Ego in altissimis hábito, & thronus meus in columna nubis. Superbórum.

## Lectio iij.

**I**n cogitationibus enim impii interrogatio erit: sermónum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos à murmuratione, quae nihil prodest, & à detractatione parcite lingue, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem, quod mentitur, occidit animam.

**R.** Emitte Dómine sapientiam de sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, & mecum labóret: \* Ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. **Y.** Da mihi Dómine sédium tuarum assistricem sapientiam. Ut sciam, Glória Patri. Ut sciam.

## In secundo Nocturno.

Ex libro Officiorum Sancti Ambrósii Episcopi.

## Lectio iv.

Lib. 1. cap. 28.

**M**agnus justitiae splendor, quae aliis potius nata, quam sibi, communitatem & societatem nostram adjuvat, excelsum tenet, ut suo iudicio omnia subiec-

ta habeat, opem aliis ferat, peccatiam conferat, officia non abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hanc virtutum arcem tenere, nisi prima avaritia infirmaret atque inflecteret tantae virtutis vigorem? Etenim dum augere opes, aggerere pecunias occupare terras possessionibus cupimus, praestare divitiis, justitiae formam eximus, beneficentiam communem amittimus.

Da mihi Dómine sédium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: \* Quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillae tuae. **Y.** Mitte illam de sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, & mecum labóret. Quoniam.

## Lectio v.

**Q**uanta autem justitia sit, ex hoc intelligi potest, quod nec locis, nec personis, nec temporibus excipitur, quae etiam hostibus reservatur: ut si constitutus sit cum hoste aut locus, aut dies praellio, adversus justitiam putetur aut loco praevenerit, aut tempore. Interest enim utrum aliquis pugna aliqua & conflictu gravi capiatur, an superiore gratia, vel aliquo eventu. Si ergo in bello justitia valet, quanto magis in pace servanda est?

**R.** Initium sapientiae timor Domini: \* Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio ejus manet in saeculum saeculi. **Y.** Dillectio illius custodia legum est: quia omnis sapientia timor Domini. Intellectus.

## Lectio vj.

**F**undamentum ergo est justitiae fides. Justorum enim corda meditantur fidem: & qui se justus accusat, justitiam supra fidem collocat. Nam tunc justitia ejus apparet, si vera fateatur. Denique & Dominus per Isaiam: Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion: id est, Christum in fundamentum Ecclesiae.

siae. Fides enim omnium Christus: Ecclesia autem quaedam forma justitiae est, commune jus omnium: in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur. Denique qui se ipsum sibi abnegat, ipse justus, ipse dignus Christo est. Ideo & Paulus fundamentum posuit Christum, ut supra eum opera justitiae locarémus: quia fides fundamentum est.

**R.** Verbum iniquum & dolosum longè fac à me Dómine: \* Divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. **Y.** Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar. Divitias, Glória Patri. Divitias.

**R.** vij. Dómine pater & Deus vitae meae, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi: & desiderium malignum averte à me Dómine: aufer à me concupiscentiam, \* Et animo irreverenti & infructu ne tradas me Dómine. **Y.** Ne derelinquas me Dómine, ne accrescant ignorantiae meae, nec multiplicentur delicta mea. Et animo.

**R.** vij. Duo Sêraphim clamabant alter ad alterum: \* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sabaoth: \* Plena est omnis terra gloria ejus. **Y.** Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Glória Patri. Plena est.

## FERIA SECUNDA.

## De libro Sapientiae.

## Lectio j.

Cap. 3.

**J**ustorum autem animae in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & astimata est afflictio exitus illorum: & quod à nobis est iter, exterminium: illi autem sum in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum

rum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponerunt: quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.

**R.** Ne derelinquas me Dómine pater, & dominator vitae meae, ut in conspectu adversariorum meorum: \* Ne gaudeat de me inimicus meus. **Y.** Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Ne gaudeat.

## Lectio iij.

**F**ulgébunt justii, & tanquam scintillae in arundinetis discurrent, Judicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis ejus. Impii autem secundum quae cogitaverunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt justum, & à Dómino recesserunt. Sapientiam enim, & disciplinam qui abiecit, infelix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.

**R.** Magna enim sunt iudicia tua Dómine, & inenarrabilia verba tuae: \* Magnificasti populum tuum, & honorasti. **Y.** Transulisti illos per Mare rubrum, & transvestisti eos per aquam nimiam. Magnificasti.

## Lectio iij.

Cap. 5. c.

**J**usti autem in perpetuum vivent, & apud Dóminum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dexteram suam teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. In-

dnet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile aequitatem: acuet autem duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

**R.** Quae sunt in corde hominum, oculi tui vident Domine, & in libro tuo omnia scribentur: \* Homo videt in facie, Deus autem in corde. **V.** Omnia enim corda scrutatur, & universas mentium cogitationes intelligit. Homo. Gloria Patri. Homo.

FERIA TERTIA.  
De libro Sapientiae.

Lectio i. Cap. 6.

**M**ellior est sapientia quam vires: & vir prudens quam fortis. Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terre. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.

**R.** Præbe fili cor mihi, & oculi tui vias meas custodiant: \* Ut addatur gratia capiti tuo. **V.** Attende fili mi sapientiam meam, & ad eloquium meum inclina aurem tuam. Ur.

Lectio ij.

**H**orrèndè & cito apparèbit vobis: quoniam iudicium durissimum his, qui præsumunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem poterit tormenta patièntur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verèbitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

**R.** Initium sapientiae timor Domini: \* Intellectus bonus omnibus facièntibus eum: laudatio ejus manet in sæculum sæculi. **V.** Dilicte illius custodia legum est: quia omnis sapientia timor Domini. Intellectus.

Lectio iij.

**A**d vos ergo reges sunt hi sermões mei, ut discatis sapientiam, & non excidatis. Qui enim custodièrunt iusta justè, iustificabuntur: & qui didicerint ista, invènient quid respondeant. Concupiscite ergo sermões meos, diligite illos, & habèbitis disciplinam. Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia, & facile videtur ab his qui diligunt eam, & invenitur ab his qui quaerunt illam.

**R.** Verbum iniquum & dolosum longè fac à me Domine: \* Divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria.

**V.** Duo rogavi te, ne dèneges mihi antequam moriar. Divitias. Gloria Patri. Divitias.

FERIA QUARTA.  
De libro Sapientiae.

Lectio i. Cap. 7.

**S**um quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terrèni illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore cogulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conveniente. Et ego natus accèpi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisit plorans. In involumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatìs initium. Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.

**R.** Domine pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum

meorum

meorum ne dederis mihi, & desiderium malignum avertè à me Domine: auter à me concupiscèntiam, & Et animo irreverenti & infrunito ne tradas me Domine. **V.** Ne delinquas me Domine, ne accrescant ignorantiae meae, nec multiplicentur delicta mea. Et animo.

Lectio ij.

**P**ropter hoc optavi, & datus est mihi sensus; & invocavi, & venit in me spiritus sapientiae: & præposui illam regnis & sedibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius: nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lurum aestimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & spèciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius.

**R.** Magna enim sunt iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: \* Magnificasti populum tuum, & honorasti. **V.** Transtulisti illos per Mare rubrum, & transexisti eos per aquam nimiam. Magnificasti.

Lectio iij.

**V**enerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in omnibus: quoniam antecesserat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine invidia communico, & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus quo qui uti sunt, participes facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinæ dona commendati.

**R.** Quae sunt in corde hominum, oculi tui vident Domine, & in libro tuo omnia scribentur: \* Homo videt in facie, Deus autem in corde.

**V.** Omnia enim corda scrutatur, & Para Estivo.

universas mentium cogitationes intelligit. Homo. Gloria Patri. Homo. FERIA QUINTA.

De libro Sapientiae.

Lectio i. Cap. 9. c.

**Q**uis hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidae, & incertae providentiae nostrae. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrèna inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et difficile aestimamus, quae in terra sunt: & quae in prospectu sunt, invenimus cum labore. Quae autem in caelis sunt quis investigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis: & sic correctæ sunt semitæ eorum, qui sunt in terris, & quae tibi placent didicerint homines? Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi Domine à principio.

**R.** In principio Deus antequam terram faceret, priusquam abyssos constitueret, priusquam produceret fontes aquarum: \* Antequam montes collocarentur, ante omnes colles generavit me Dominus. **V.** Quando preparabar caelos, aëderam, cum eo cuncta componens. Antequam.

Lectio ij. Cap. 10.

**H**ic ilium, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiavit, & eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia. Ab hac ut recessit iniustus in ira sua, per iram homicidii fratèrni deperit. Propter quem, cum aqua deleret terram, sanavit iterum sapientia, per contemptibile lignum justum gubernans. Hæc & in consensu nequitiae cum se nationes contulissent, scivit justum, &

con-

conservavit sine querela Deo, & in filii misericordia fortem custodivit. **R.** Myrum cœli circui soli, & in fluctibus maris ambulavi, in omni gente & in omni populo primatum tenui: **S.** Superborum & sublimium colla propria virtute calcavi. **V.** Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis, Superborum.

## Lectio iij.

**H**æc justum à pereuntibus impiis liberavit fugientem, descendente igne in Pentapolim: quibus in testimonium nequitiae fumigabunda constat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans signum salis. Sapientiam enim prætereuntes non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriâ, ut in his quæ peccaverunt, nec latere possent. Sapientia autem hos, qui se observant, à doloribus liberavit.

**R.** Emitte Domine sapientiam de sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret: **V.** Ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. **S.** Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam. Ut sciam, Gloria Patri. Ut sciam.

## FERIA SEXTA.

De libro Sapientie.

## Lectio j.

Cap. 13.

**V**anæ autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. Quorum si specie delectati, deos putaverunt: sciant quanto his dominator eorum

speciosior est. Speciei enim generatorem hæc omnia constituit.

**R.** Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à puerituis: **S.** Quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. **V.** Mitte illam de sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret. Quoniam servus.

## Lectio ij.

**A**ut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis: à magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum querentes, & volentes invenire. Etenim cum in operibus illius conversentur inquirunt & persuasum habent: quoniam bona sunt quæ videntur.

**R.** Initium sapientiæ timor Domini: **S.** Intellectus bonus omnibus faciendus eum: laudatio ejus manet in sæculum sæculi. **V.** Dilctio illius custodia legum est: quia omnis sapientia timor Domini. Intellectus.

## Lectio iij.

**I**terum autem nec his debet inosci. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare sæculum: quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt? Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inventionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.

**R.** Verbum iniquum & dolosum longè fac à me Domine: **S.** Divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. **V.** Duo rogavi te, ne decesses mihi antequam moriar. Divitias. Gloria Patri. Divitias.

SAB-

## S A B B A T O.

De libro Sapientie.

## Lectio j.

Cap. 15.

**T**U autem Deus noster, suavis & verus es, pateriens, & in misericordia disponens omnia. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccaverimus, scimus, quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te, consummata justitia est: & scire justitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis.

**R.** Domine Pater & Deus vite mee, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & desiderium malignum averte à me Domine: aufer à me concupiscentiam. **S.** Et animo irreverenti & infructo ne tradas me Domine. **V.** Ne derelinquas me Domine, ne accrescant ignorantia mee, nec multiplicentur delicta mea. Et animo.

## Lectio ij.

**N**on enim in errorem induxit nos hominum male artis excogitatio, nec umbra picture labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, cujus aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

**R.** Magna enim sunt judicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: **S.** Magnificasti populum tuum, & honorasti. **V.** Transtulisti illos per Mare rubrum, & transvestisti eos per aquam nimiam. Magnificasti.

## Lectio iij.

**S**ed & figulus mollem terram premissis laboriose fingit ad usus nostros unumquodque vas, & de eodem luro fingit quæ munda sunt in usum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum

quis sit usus, judex est figulus. Et cum labore vano deum fingit de eodem luro: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusillum reddicit se unde acceptus est: repetitis animæ debitum quam habebat.

**R.** Quæ sunt in corde hominum, oculi tui vident Domine, & in libro tuo omnia scribentur: **S.** Homo videt in facie, Deus autem in corde. **V.** Omnia enim corda scrutatur, & universas mentium cogitationes intelligit. Homo. Gloria Patri. Homo.

## Ad Magnificat, Antiphona.

Sapientia clamitat in plateis: Si quis diligit sapientiam, ad me declinet, & eam inveniet: & cum invenerit beatus erit si tenuerit eam.

## DOMINICA IV.

Augusti.

## In primo Nocturno.

Incipit liber Ecclesiastici.

## Lectio j.

Cap. 1.

**O**mnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum. Arcanam maris, & pluvie guttas, & dies sæculi quis dinumeravit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigavit? prior omnium creatura est sapientia, & intellectus prudentiæ ab ævo. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata eterna.

**R.** In principio Deus antequam terram faceret, priusquam abyssos constitueret, priusquam produceret fontes aquarum: **S.** Antequam montes collocarentur, ante omnes colles generavit me Dominus. **V.** Quando præparabat cœlos, aëderam, cum eo cuncta componens. Antequam.

## Lectio ij.

**R.** Adix sapientiæ cui revelata est, & astutias illius quis agnovit? Disciplina sapientiæ cui revelata,

Q 2

est,

est, & manifestata? & multiplicatiōnem ingressus illius quis intellexit? Unus est altissimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus. Ipse creavit illum in Spiritu sancto, & vidit, & dinumeravit, & mensus est. Et effudit illum super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illum diligentibus se.

**R.** Gyrum cœli circuli sola, & in fluctibus maris ambulavi, in omni gente & in omni populo primatum tenui: **S.** Superborum & sublimium colla propria virtute calcavi. **V.** Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Superborum.

**Lectio li.**

**T**imor Dōmini glōria, & gloriatio, & lætitia, & corōna exultatiōnis. Timor Dōmini delectabit cor, & dabit lætitiā, & gaudium, & longitūdinem dierum. Timēti Dōminum benē erit in extrēmīs, & in die defunctiōnis suæ benedicetur. Dilēctio Dei honorabilis sapiētia. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & agnitiōne magnalium suorum. Intium sapiētiæ, timor Dōmini, & cum filiēlibus in vulva concreatus est.

**R.** Emitte Dōmine sapiētiā de sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret: **V.** Ut sciam quid accēptum sit coram te omni tempore. **V.** Da mihi Dōmine sedium tuarum assistentem sapiētiā. Ut sciam. Glōria Patri. Ut sciam.

**In secundo Nocturno.**

Ex libro Moraliū Sancti Gregorii Papæ.

**Lib. 1. cap. 10. in cap. 1. Job.**

**Lectio li.**

**S**unt nonnulli, qui vitam suam negligunt, & dum transitoria appetunt, dum æterna vel non intelligunt, vel intellecta contem-

nunt, nec dolorem sentiunt, nec habere consilium sciunt: cumque superna quæ amiserunt, non considerant, esse se (heu miseri!) in bonis felices putant. Nequaquam enim ad veritatis lucem cui conditi fuerant, mentis oculos erigunt: nequaquam ad contemplationem patriæ æternæ desiderii aciem tendunt: sed semetipsos in his, ad quæ projecti sunt, deserentes, vice patriæ diligunt exemplum quod patiuntur, & in cæcitate quam tolerant, quasi in claritate luminis exultant.

**R.** Da mihi Dōmine sedium tuarum assistentem sapiētiā, & noli me probare à pueris tuis: **S.** Quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. **V.** Mitte illam de sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret. Quoniam servus.

**Lectio v.**

**A**t contra, electorum mentes, dum transitoria cuncta nulla esse conspiciunt, ad quæ sint conditæ exquirunt: cumque eorum satisfactiōni nihil extra Deum sufficit, ipsa inquisitionis exercitatioe fatigata illorum cogitatio, in conditoris sui spe & contemplatione requiescit, supernis intrinseci civibus appetit: & unusquisque eorum adhuc in mundo corpore positus, mente tamen extra mundum surgit: ærumnam exili, quam tolerat, deplorat, & ad sublimem patriam incessantibus se amoris stimulis excitat. Cùm ergo dolens videt, quam sit æternum quod perdidit, invenit salubre consilium, temporale hoc despiciere quod percurrat: & quod magis crescit consilii scientia ut peritura deserat, eo augetur dolor, quod necdum ad mansura pertingat.

**R.** Intium sapiētiæ timor Dōmini: **S.** Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio ejus manet in sæculum sæculi. **V.** Dilēctio illius

cus-

**FERIA SECUNDA.**

De libro Ecclesiastici.

**Lectio j.**

**Cap. 1. c.**

**C**orōna sapiētiæ, timor Dōmini, replens pacem, & salutis fructum: & vidit, & dinumeravit eam: utraque autem sunt dona Dei. Sciētiā, & intellectum prudentiā sapiētia compartietur & glōriam tenentium se, exaltat. Radix sapiētiæ est timere Dōminum & rami illius longævi. In thesauris sapiētiæ intellectus, & scientiæ religioſitas: execratio autem peccatoribus sapiētiā.

**R.** Ne derelinquas me Dōmine pater & dominator vitæ meæ, ut non corrum in conspectu adversariorum meorum: **S.** Ne gaudeat de me inimicus meus. **V.** Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Ne gaudeat.

**Lectio ij.**

**T**imor Dōmini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit justificari: iracundia enim animositatis illius, subvenit illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis. Bonus sensus usque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapiētiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatorum, cultura Dei. Fili concupiscens sapiētiā, conservat justitiā, & Deus præbabit illam tibi.

**R.** Magna enim sunt judicia tua Dōmine, & inenarrabilia verba tua: **S.** Magnificasti populum tuum, & honorasti. **V.** Transtulisti illos per Mare rubrum, & transvestisti eos per aquam nimlam. Magnificasti.

**Lectio iij.**

**S**apiētia enim & disciplina timor Dōmini: & quod beneplacitum est illi, fides, & mansuetudo, & adimplebit thesaurus illius. Ne sis

incredibilis timóri Dómini: & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hipocrita in conspéctu hóminum, & non scandalizeris in lábiis tuis. Atténde in illis, ne forte cadas, & adducas ánimæ tue inhonoratióem, & revelet Deus absconsa tua, & in médio synagoge elidat te: quoniam accessisti maligne ad Dóminum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

¶ Quæ sunt in corde hóminum, oculi tui vident Dómine, & in libro tuo ómnia scribentur: ¶ Homo videt in facie, Deus autem in corde. ¶ Omnia enim corda scrutatur, & universas mentium cogitationes intelligit. Homo. Glória Patri. Homo.

FERIA: TERTIA.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 2.

**F**ili accedens ad servitútem Dei, sta in justitia, & timóre, & præpara ánimam tuam ad tentatióem. Deprime cor tuum, & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus: & ne festines in tẽpore obduccionis. Sustine sustentatióes Dei: conjungere Deo, & sustine, ut crescat in novissimo vita tua.

¶ Præbe filii cor mihi, & oculi tui vias meas custodiãt: ¶ Ut addatur grátia capiti tuo. ¶ Atténde filii sapientiã meam, & ad eloquium meum inclina aurem tuam. Ut addatur.

Lectio ij.

**O**mne, quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humilitatióis. Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serva timórem illius, & in illo veterasce,

¶ Initium sapientiã timor Dómini, ¶ Intellectus bonus ómnibus faciẽtibus eum: laudatio ejus manet in seculum sæculi. ¶ Diléctio illius custodia legum est, quia omnis sapienciã timor Domini. Intellectus.

Lectio iij.

**M**etuentes Dóminum sustinẽte misericordiam ejus, & non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis Dóminum, credite illi: & non evacuabitur merces vestra. Qui timetis Dóminum, sperate in illum: & in oblectatióem veniet vobis misericordia. Qui timetis Dóminum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Respicite filii natióes hóminum: & scitote quia nullus speravit in Dómino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis ejus, & derelictus est? aut quis invocavit eum, & despexit illum?

¶ Verbum iniquum & dolosum longè fac à me Dómine: ¶ Divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessariã. ¶ Duo rogavi te, ne deneget mihi antequam moriar. Divitias. Glória Patri. Divitias.

FERIA QUARTA.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 3.

**F**ili sapienciã, ecclesiã justorum: & natio illórum, obediencia & diléctio. Judicium patris audite filii, & sic facite, ut salvi sitis. Deus enim honoravit patrem in filiis: & judicium matris exquirens, firmavit in filios. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudivetur.

¶ Dómine pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum meórum ne dederis mihi, & desiderium malignum averte à me Dómi-

mine: aufer à me concupiscentiam. ¶ Et ánimo irreverenti & infrunito ne tradas me Dómine. ¶ Ne derelinquas me Dómine, ne accrescant ignorantia meæ, nec multiplicentur delicta mea. Et ánimo.

Lectio ij.

**E**T sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, jucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dóminum honorat parentes, & quasi dómunis serviet his, qui se genuerunt.

¶ Magna enim sunt judicia tua Dómine, & inenarrabilia verba tua: ¶ Magnificasti pópulum tuum, & honorasti. ¶ Transtulisti illos per Mare rubrum, & transvestisti eos per aquam nimiam. Magnificasti.

Lectio iij.

**I**n opere & sermone, & omni patientia honorã patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in novissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiórum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi glória, ejus confusio. Glória enim hóminis ex honore patris sui, & dedecus filii pater sine honore.

¶ Quæ sunt in corde hóminum, oculi tui vident Dómine, & in libro tuo ómnia scribentur: ¶ Homo videt in facie, Deus autem in corde. ¶ Omnia enim corda scrutatur, & universas mentium cogitationes intelligit. Homo. Glória Patri. Homo.

FERIA QUINTA.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 3. c.

**A**ltiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in plúribus opé-

ribus ejus ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessariũ ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. In supervacuis rebus nulli scrutari multipliciter, & in plúribus opéribus ejus non eris curiosus. Plúrima enim super sensum hóminum ósensa sunt tibi. Multos quoque supplantavit suspicio illórum, & in vanitate detinuit sensus illórum.

¶ In principio Deus antequam terram faceret, priusquam abyssos constitueret, priusquam produceret fontes aquarum: ¶ Antequam montes collocarentur, ante omnes colles generavit me Dóminus. ¶ Quando preparabat cœlos, aedam, cum eo cuncta componens. Antequam.

Lectio ij.

**C**or durum habebit malè in novissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit successum, & pravus corde in illis scandalizabitur. Cor nequam gravabitur in dolóribus, & peccator adjiciat ad peccandum. Synagoge superbórum non erit sanitas: frutex enim peccati radicebitur in illis, & non intelligetur.

¶ Gyrum cœli circuivi sola, & in fluctibus maris ambulavi, in omni gente & in omni pópulo primatum tenui: ¶ Superbórum & sublimium colla própria virtute calcavi. ¶ Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Superbórum.

Lectio iij.

**C**or sapientis intelligitur in sapientiã, & auris bona audite cum omni concupiscentia sapientiã. Sapiens cor, & intelligibile abstinabit se à peccatis, & in opéribus justitiæ successus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & Deus prospéctor est ejus, qui reddit gratiam: meminit ejus in pósterum, & in tẽpore casus sui inveniet firmamentum.

Q 4

R.



rum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisziplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subversio est ipsius. Non appellaris susurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. **R.** Emitte Domine sapientiam de sede magnitudinis tue, ut secum sit, & mecum laboret: \* Ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. **V.** Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam. Ut sciam. Gloria Patri. Ut sciam.

## In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.  
Homilia 22. in 2. Cor. 16. in Moral.

## Lectio iv.

**N**E tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem: nescis enim quid paritura sit superventura dies. Periculum enim & metus est in differendo: salus vero certa ac secunda, si nulla sit dilatio. Virtutem igitur cole: sic enim licet juvenis moriatis, secunde discisseris: quod si ad senectutem perveneris, cum multa facilitate & nulla molestia de vita discedes: duplicemque habebis festivitatem, & quod a vitæ malitia abstinueris, & quod virtutem colueris. Ne dicas: Erit tempus, quando converti licebit: verba enim hac Deum valedè exasperant.

**R.** Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare a pueris tuis: \* Quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. **V.** Mitte illam de sede magnitudinis tuæ, ut secum sit, & mecum laboret. Quoniam.

## Lectio v.

**C**ur nam, cum ipse tibi æterna secula promisit, tu in præsentī vita laborare non vis, quæ parva & momentanea est; sed sic ignavus ac

dissolutus agis, quasi hac breviorē aliam quandam inquiras? Nonne illa quotidianæ comessationes, nonne illa mensæ, nonne scorta illa, nonne theatra illa, nonne divitiarum illa testantur inexplēbilem malitiæ concupiscētiām? Cōgita bene, quod quoties scortatus es, toties condemnasti teipsum: peccatum enim ita se habet, ut mox atque patrum fuerit, sententiam ferat iudex.

**R.** Initium sapientiarum timor Domini: \* Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio ejus manet in sæculum sæculi. **V.** Dillectio illius custodia læcum est: quia omnis sapientia timor Domini. Intellectus.

## Lectio vj.

**I**nnebratus es? ventri indulisti? rapuisti? siste jam gradum: verte te in diversum: confitere Deo gratiam, quod non in mediis peccatis te abstulit: ne quære aliud tibi rogari tempus ut male opereris. Multum male ac vitiose vixerit, subito perierunt, & in manifestam damnationem abierunt: time ne idem tibi accidat. Sed multis, inquis, dedit Deus spatium, ut in ultima senectute confiterentur. Quid igitur? numquid & tibi dabitur? Fortasse dabit, inquis. Cur dicis, fortasse? Contigit aliquoties: Cōgita quod de anima deliberas: proinde etiam de contrario cōgita, & dic: Quid autem si non det? Quid autem si det, inquis? Esto, dat quidem ipse: verumtamen hoc illo certius & utilius.

**R.** Verbum iniquum & dolosum longè fac à me Domine: \* Divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. **V.** Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar. Divitias. Gloria Patri. Divitias.

**R.** vij. Domine pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum meo-

meorum ne dederis mihi, & desiderium malignum averte à me Domine: aufer à me concupiscētiām. **R.** Et animo irreverenti & infrunito ne tradas me Domine. **V.** Ne derelinquas me Domine, ne accrescant ignorantia meæ, nec multiplicentur delicta mea. Et animo.

**R.** vij. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: \* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: \* Plena est omnis terra gloria ejus. **V.** Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Gloria Patri. Plena est.

## FERIA SECUNDA.

De libro Ecclesiastici.

## Lectio j.

**N**oli facere mala, & non te apprehendent. Discède ab iniquo, & deficient mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis injustitiarum, & non metes ea in septuplum. Noli querere à Domino ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle videri sapiens.

**R.** Ne derelinquas me Domine pater & dominator vitæ meæ, ut non corruam in conspectu adversariorum meorum: \* Ne gaudeat de me inimicus meus. **V.** Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Ne gaudeat.

## Lectio ij.

**N**oli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis: & ponas scandalum in aequitate tua. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata: nec enim in uno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare, & facere elemosynam ne despicias.

**R.** Magna enim sunt judicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: \* Magnificasti populum tuum, & honorasti. **V.** Transulisti illos per Mare rubrum, & transvestisti eos per aquam nimiam. Magnificasti.

## Lectio iij.

**N**E dicas: In multitudine meorum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munerera mea suscipiet. Non irideas hominem in amaritudine anime: est enim qui humiliat & exaltat, circumspēctor Deus. Noli arare mendacium adversus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendacium: assiduas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua.

**R.** Quæ sunt in corde hominum, oculi tui vident Domine, & in libro tuo omnia scribentur: \* Homo videt in facie, Deus autem in corde. **V.** Omnia enim corda scrutatur, & universas mentium cogitationes intelligit. Homo videt. Gloria Patri. Homo videt.

## FERIA TERTIA.

De libro Ecclesiastici.

## Lectio j.

**I**udex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi, sic & ministri ejus: & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & civitates inhabitabuntur per sensum potentium. In manu Dei potestas terræ: & utilem rectorem suscitabit in tempus super illum. In manu Dei prosperitas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum.

**R.** Præbe fili cor mihi, & oculi tui vlas meas custodiāt: \* Ut addatur gratia capiti tuo. **V.** Attēde fili mi



sapientiam meam, & ad eloquium meum inclina aurem tuam. Ut adatur.

## Lectio ij.

**O**mnis injuria proximi ne memineris, & nihil agas in operibus injurie. Odibilis coram Deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos. Avaro autem nihil est sceleratius. Quid superbit terra & cinis? Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua projecit finitima sua.

**R.** Initium sapientie timor Domini: Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio ejus manet in seculum seculi. **V.** Dilctio illius custodia legum est: quia omnis sapientia timor Domini. Intellectus.

## Lectio iij.

**O**mnis potentatus brevis vita. Languor prolixior gravat medicum. Brevem languorem praedicat medicus: sic & rex hodie est, & cras morietur. Cum enim morietur homo, hereditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiae hominis, apostatare ad Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus, quoniam initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subvertet eum in finem. Propterea exhonora vit Dominus conventus malorum, & destruxit eos usque in finem.

**R.** Verbum inquam & dolosum longae fac ad me Domine: Divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. **V.** Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar. Divitias. Gloria Patri. Divitias,

FERIA QUARTA.  
De libro Ecclesiastici.

## Lectio j. Cap. 13.

**Q**ui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicaverit superbo, induet superbiam. Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat. Et ditior te ne socius fieris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringentur. Dives injuste egit, & fremet: pauper autem laesus tacet. Si largitus fueris, assumet te: & si non habueris, derelinquet te. Si habes, convivet tecum, & evacuavit te, & ipse non dolabit super te.

**R.** Domine pater & Deus vite mee, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & desiderium malignum avertet a me Domine: aufer a me concupiscentiam, & Et animo irreverenti & infructivo ne tradas me Domine. **V.** Ne derelinquas me Domine, ne accrescant ignorantiae meae, nec multiplicentur delicta mea. Et animo.

## Lectio iij.

**H**umiliare Deo, & spectata manus ejus. Attende ne seductus in stultitiam humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. Advocatus ad potentiore discende: ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus sis, ne impingaris: & ne longe sis ab eo, ne eas in oblivionem. Ne retineas ex aequo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conservabit verba tua: & non parceret de malitia, & de vinculis. **R.** Magna enim sunt judicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: Magnificasti populum tuum, & ho-

honorasti. **V.** Transtulisti illos per Mare rubrum, & transvestisti eos per aquam nimiam. Magnificasti.

## Lectio iij.

**C**ave tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum subversione tua ambulas. Audiens vero illa quasi in somnis vide, & vigilabis. Omnia vita tua dilige Deum, & invoca illum in salute tua. Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi conjungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo. Quae communicatio sancto homini ad canem? aut quae pars diviti ad pauperem?

**R.** Quae sunt in corde hominum, oculi tui vident Domine, & in libro tuo omnia scribentur: Homo videt in facie, Deus autem in corde. **V.** Omnia enim corda scrutatur, & universas mentium cogitationes intelligit. Homo. Gloria Patri. Homo.

FERIA QUINTA.  
De libro Ecclesiastici.

## Lectio j. Cap. 14.

**B**eatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Felix, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit a spe sua. Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia, & homini livido ad quid aurum? Qui acerbat ex animo suo injuste, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, qui alii bonus erit? & non jucundabitur in bonis suis.

**R.** In principio Deus antequam terram faceret, priusquam abyssos constitueret, priusquam produceret fontes aquarum: Antequam montes collocarentur, ante omnes colles generavit me Dominus. **V.** Quando preparabat caelos, aedera, cum eo cuncta componens. Antequam.

## Lectio ij.

**Q**ui sibi invidet, nihil est illo nequius, & haec redditio est malitiae illius: & si bene fecerit, ignoranter, & non volens facit: & in novissimo manifestat malitiam suam. Nequam est oculus lividi, & avertens faciem suam, & despiciens animam suam. Insatibilis oculus cupidi in parte iniquitatis non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane, sed indigens, & tristitia erit super mensam suam.

**R.** Gyrum caeli circuitivi sola, & in fluctibus maris ambulavi, in omni gente & in omni populo primatum tenui: Superborum & sublimium colla propria virtute calcavi. **V.** Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Superborum.

## Lectio iij.

**F**ili si habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi: testamentum enim hujus mundi morte morietur. Attende mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defraudetis a die bono, & particula boni doni non te praetereat. Nonne alius reliquos dolores & labores tuos in divisione sortis? Da, & accipe, & justifica animam tuam. Ante obitum tuum operare justitiam: quoniam non est apud inferos invenire cibum.

**R.** Emitte Domine sapientiam de sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, & mecum laboret: Ut sciam quid accipere sit coram te omni tempore. **V.** Da mihi Domine sedium tuarum assistentem sapientiam. Ut sciam. Gloria Patri. Ut sciam.

FERIA SEXTA.  
De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 27.

**F**ili peccasti? non adicias iterum: sed & de pristinis deprecare ut tibi dimittantur. Quasi a facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis, dentes ejus, interficientes animas hominum. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. Oburgatio, & injuriæ annullabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia: sic substantia superbi eradicabitur.

**R.** Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: Quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. **V.** Mitte illam de sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret. Quoniam.

Lectio ij.

**D**eprecatio pauperis ex ore usque ad aures ejus perveniet, & judicium festinatò adveniet illi. Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, convertetur ad cor suum. Notus à longè potens lingua audaci: & sensatus scit labi se ab ipso. Qui ædificat domum suam impendit aliènis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Stuppa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis.

**R.** Initium sapientiæ timor Domini: Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio ejus manet in sæculum sæculi. **V.** Dillectio illius custodia legum est: quia omnis sapientiæ timor Domini. Intellectus.

Lectio iij.

**V**la peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Qui custodit justitiam, continebit sensum ejus.

Consummatio timoris Dei, sapientiæ & sensus. Non erudietur, qui non est sapiens in bono. Est autem sapientiæ, quæ abundat in malo: & non est sensus ubi est amaritudo. Sciëntia sapientis tanquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet.

**R.** Verbum iniquum & dolosum longè fac à me Domine: \* Divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. **V.** Duo rogavi te, ne deneques mihi, antequam moriar. Divitias. Glória Patri. Divitias.

SABBATO.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 32.

**R**ectorem te posuerunt? noli extollis: esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic confide, & omni cura tua explicata recumbe: ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem consequaris corrogationis. Loquere major natu: decet enim te primum verbum diligenti scientia, & non impediatis musicam.

**R.** Domine pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & desiderium malignum avertè à me Domine: aufer à me concupiscentiam, & Et animo irreverenti & infrunto ne tradas me Domine. **V.** Ne derelinquas me Domine, ne accrescant ignorantia meæ, nec multiplicentur delicta mea. Et animo.

Lectio ij.

**U**bi auditus non est, non effundas sermonem, & importunè noli extollis in sapientiæ tua. Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio musicorum in convivio vini. Sicut in fabricatiõe auri signum est smaragdi, sic numerus nu-

DOMINICA PRIMA  
Septembris.

In primo Nocturno.  
Incipit liber Job.

Lectio j. Cap. 7.

**V**ir erat in terra Hus, nómine Job, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo: natiq; sunt ei septem filii, & tres filia. Et fuit possessio ejus septem millia ovium, & tria millia camelorum, quingenta quoque juga boum, & quingente asinae, ac familia multa nimis: eraque vir ille magnus inter omnes Orientales.

**R.** Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineamus? \* Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. **V.** Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc. Dominus.

Lectio ij.

**E**t ibant filii ejus, & facièbant convivium per domos, unusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas ut comederent, & biberent cum eis. Cùmque in orbem transissent dies convivii, mitteret ad eos Job, & sanctificabat illos, consurgensque dilectulo offerèbat holocausta pro singulis. Dicebat enim: Ne fortè peccaverint filii mei: & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic facièbat Job cunctis diebus.

**V.** Antequam comèdat, suspiro, & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor quem timebam, evenit mihi, & quod verèbar, accidit: nonne dissimulavi? nonne silui? nonne quievi? \* Et venit super me indignatio. **V.** Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me. Et venit.

Lec-

musicorum in jucundo & moderato vino. Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adolens loquere in tua causa vix. Si bis interrogatus fueris, habet caput responsum tuum.

**R.** Magna enim sunt judicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: \* Magnificasti populum tuum, & honorasti. **V.** Transtulisti illos per Mare rubrum, & transvestisti eos per aquam nimiam. Magnificasti.

Lectio iij.

**I**n multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & querens. In medio magnatorum non presumas: & ubi sunt senes, non multum loquaris. Ante grandinem præfidi coruscatio: & ante verecundiam præbit gratia, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Et hora surgendi non te trices: præcurre autem prior in domum tuam, & illic vocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis, & verbo superbo. Et super his omnibus benedictio Domini, qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis.

**R.** Quæ sunt in corde hominum, oculi tui vident Domine, & in libro tuo omnia scribentur: \* Homo videt in facie, Deus autem in corde.

**V.** Omnia enim corda scrutatur, & universas mentium cogitationes intelligit. Homo videt. Glória Patri. Homo videt.

SABBATO.

Proximiori Kalendis Septembris.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cùm audisset Job furtivorum verba, sustinuit patienter, & ait: Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum aliquid contra Deum locutus est.

## Lectio iij.

**Q**uadam autem die cum venissent filii Dei ut assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam satan. Cui dixit Dominus: Unde venis? Qui respondens, ait: Circuivi terram, & perambulavi eam. Dixitque Dominus ad eum: Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, & ac timens Deum, & recedens a malo? Cui respondens satan, ait: Numquid frustra timet Deum? nonne tu vallasti eum, ac domum ejus, universamque substantiam per circuitum, operibus manuum ejus benedixisti, & possessio ejus crevit in terra? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.

**R.** Quare detraxistis sermonibus veritatis: ad increpandum verba componitis, & subvertere nitimini amicum vestrum? **V.** Verumtamen quae cogitastis explere? **Q.** Quod justum est, judicate; & non inveniatis in lingua mea iniquitatem. Verumtamen. Gloria Patri. Verumtamen.

## In secundo Necturno.

Ex libro Moraliu Sancti Gregorii Pape.

## Lectio iv.

**S**criptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim foeda, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus quantum proficimus, ibi a profectu quam longè distamus. Narrat autem gesta sanctorum, & ad imitationem corda provocat infirmorum: dumque illorum victriela facta commemorat, contra vitiorum praemia debilia nostra confirmat: fitque verbis illius, ut eò mens minus inter certamina tripedit, quò ante se positos tot virorum fortium triumphos videt.

**R.** Induta est caro mea putredine, & sordibus pulveris cutis mea aruit, & contracta est: **Memento** mei Domine: quoniam venisti est vita mea. **V.** Dies mei velocibus transierunt, quam à textente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe. Memento.

## Lectio v.

**N**onnumquam verò non solum nobis eorum virtutes asserit, sed etiam casus innotescit: ut & in victoria fortium, quod imitatio arripere, & rursùm videamus in lapsibus quid debeamus timere. Ecce enim Job describitur tentatione auctus, sed David tentatione prostratus: ut & majorum virtus spem nostram foveat, & majorum casus ad cautelam nos humilitatis accingat: quatenus dum illa gaudentes sublevant, ista metuentes premant: & audientis animus illinc spei fiducia, hinc humilitate timoris erudicia, nec temeritate superbiat, quia formidine praemittit; nec pressus timore desperet, quia ad spei fiduciam virtutis exemplo roboratur.

**R.** Paucitas dierum meorum finietur brevi: dimitte me Domine, ut plantagam paululum dolorem meum, **V.** Antequam vadam ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine. **V.** Manus tuae Domine fecerunt me, & plasmarunt me totum in circuitu, & sic repente praecipitas me? Antequam.

Lib. 1. Moral. cap. 1.

## Lectio vi.

**V**ir erat in terra Hus, nomine Job. Idcirco sanctus vir ubi habitaverit, dicitur, ut ejus meritum virtutis exprimat. Hus namque quae nesciat, quòd sit in terra Gentilium? Gentilitas autem eò obligata vitis extitit, quò cognitionem sui conditoris ignoravit. Dicatur itaque ubi habitaverit, ut hoc ejus laudibus pro-

proficiat, quòd bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim gravius culpa est, inter bonos bonum non esse: ita immensi est praeconii, bonum etiam inter malos extitisse.

**R.** Non abscondas me Domine à facie tua: manum tuam longè fac à me: **V.** Et formido tua non me terreat. **V.** Corripe me Domine in misericordia, non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et formido. Gloria Patri. Et formido.

**R. vij.** Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus Domine, nisi tu, qui solus es Deus? **V.** Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei. **V.** Numquid sicut dies hominis, dies tui, ut quaeras iniquitatem meam; cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere? Et.

**R. viij.** Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: **S**anctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: **P**lena est omnis terra gloria ejus. **V.** Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Gloria Patri. Plena est.

Infra Hebdomadam, Feria iv. post ij. & iij. Lectionem dicitur ij. & iij. **Feria secundae sequentis.**  
**FERIA SECUNDA.**  
De libro Job.

## Lectio i.

**C**um autem quadam die filii & filiae ejus comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Job, qui diceret: Boves arabant, & asinae pascebantur juxta eos, & iruerunt Sabael, tuleruntque omnia, & evasi ego solus ut nuntiarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur,

Part. Aetiva.

venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit è caelo, & tactus ovae puerosque consumpsit, & effugit ego solus ut nuntiarem tibi.

**R.** Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium: **V.** Parce mihi Domine: nihil enim sunt dies mei. **V.** Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt. Parce mihi.

## Lectio ij.

**S**ed & illo adhuc loquente, venit Salsus, & dixit: Chaldae fecerunt tres turmas, & invasertur camelos, & tulerunt eos, nec non & pueros percussertur gladio, & ego fugi solus ut nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intravit, & dixit: Filiis tuis & filiabus vescentium & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quae corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt, & effugit ego solus ut nuntiarem tibi.

**R.** Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & Et calamitas quam patior, in statera. **V.** Quasi arena maris haec gravior apparet, unde & verba mea dolores sunt plena. Et calamitas.

## Lectio iij.

**T**unc surrexit Job, & scidit vestimenta sua, & tonsa capite corruens in terram, adoravit, & dixit: Nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus revertar illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stulium quid contra Deum locutus est.

**R.** Quare detraxistis sermonibus veritatis: ad increpandum verba componitis, & subvertere nitimini amicum vestrum? **V.** Verumtamen quae

R

co-

cogitastis, explete. **V.** Quod iustum est, iudicâte; & non inveniētis in lingua mea iniquitatem. Verumtamen. Gloria Patri. Verumtamen.

Responsoria hujus secundæ Feriæ dicuntur etiam in secundâ Feriâ Hebdomadæ sequentis.

## FERIA TERTIA.

De libro Job.

## Lectio i. Cap. 2.

**F**actum est autem, cum quadam die venissent filii Dei, & starent coram Dōmino, venisset quoque satan inter eos, & staret in conspectu ejus, ut diceret Dōminus ad satan: Unde venis? Qui respondens, ait: Circuivi terram, & perambulavi eam. Et dixit Dōminus ad satan: Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra. Cui respondens satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: aliōquin mitte manum tuam, & tange os ejus & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi.

**R.** Inducta est caro mea putredine & sordibus pulveris, cutis mea aruit, & contracta est: \* Memento mei Dōmine, quoniam venisti esse vita mea. **V.** Dies mei velocius transierunt, quam à textente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe. Memento mei.

## Lectio ij.

**D**ixit ergo Dōminus ad satan: Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serva. Egressus igitur satan à facie Dōmini, percussit Job gliscere pessimo, à planta pedis usque ad verticem ejus: qui testa sanie natus radēbat, sedens in sterquilino. Dixit autem illi uxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? bē-

nedic Deo, & mōrere. Qui ait ad illum: Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus à manu Dei, mala quare non suscepimus? In omnibus his non peccavit Job labiis suis.

**R.** Paucitas dierum meorum finiētur brevi: dimitte me Dōmine, ut plangam paululum dolorem meum, \* Antequam vadam ad terram tenebrōsam, & opertam mortis caligine. **V.** Manus tuæ Dōmine fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me? Antequam vadam.

## Lectio iij.

**I**gitur audientes tres amici Job omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Sulhites, & Sophar Naamathites. Condidixerant enim, ut pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. Cūque elevassent procul oculos suos, non cognoverunt eum: & exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparsērunt pulverem super caput suum in cœlum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.

**R.** Non abscondas me Dōmine à facie tua: manum tuam longè fac à me: \* Et formido tua non me terreat. **V.** Corripe me Dōmine in misericordia, non in furōre tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et formido. Gloria Patri. Et formido.

## FERIA QUARTA.

De libro Job.

## Lectio i. Cap. 3.

**P**ost hæc aperuit Job os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: Conceptus est homo. Dies ille veritatur in tenebras, non requirat eum Deus

Deus desuper, & non illustrētur lumine. Obscurent eum tenebræ, & umbra mortis, occupet eum caligo, & involvatur amaritudine.

**R.** Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus Dōmine, nisi tu, qui solus Deus? \* Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei. **V.** Numquid sicut dies hominis, dies tui, ut quæras iniquitatem meam: cum sit nemo, qui de manu tua possit eruire? Et constituas.

## Lectio ij.

**N**octem illam tenebrōsus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna: Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan: Obtenebrētur stellæ caligine ejus: expætet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ: Quia non conclūsit ostia ventris, qui portavit me, nec abstulit mala ab oculis meis.

**R.** Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, \* Et calamitas quam patior, in statera. **V.** Quasi arena maris hæc gravior appareret, undè & verba mea doloresunt plena. Et calamitas.

## Lectio iij.

**Q**uare non in vultura mortuus sum, egressus ex utero non statim perii? Quare exceptus gēnibus? cur lactatus ubēribus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem: Cum regibus & consiliibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: Aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento: Aut sicut abortivum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.

**R.** Quare detraxistis sermonibus veritatis: ad increpandum verba compositis, & subvertēre nitimini ani-

cum vestrām? \* Verumtamen quæ cogitastis, explete. **V.** Quod iustum est, iudicâte; & non inveniētis in lingua mea iniquitatem. Verumtamen. Gloria Patri. Verumtamen.

## FERIA QUINTA.

De libro Job.

## Lectio i. Cap. 4.

**R**espondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies, sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti: Vacillantes confirmaverunt sermones tui, & gēna tremēntia confortasti: Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tēgit te, & conturbatus es. Ubi est timor tuus, confortatio tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

**R.** Si bono suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineamus? Dōminus dedit, Dōminus abstulit: sicut Dōmino placuit, ita factum est: sit nomen Dōmini benedictum. **V.** Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc. Dōminus dedit.

## Lectio ij.

**R**ecordare, obscuro te, quis umquam innocens perii? aut quando recti delati sunt? Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo perisse, & spiritui iræ ejus esse constipatos: Rugitus leōnis, & vox leonæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris perii, eo quod non habere prædam, & catuli leōnis dissipati sunt.

**R.** Antequam cōmedam, suspiro, & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor quem timebam, evenit mihi; & quod verberabam, accidit: nonne dissimulavi? nonne silui? nonne quievi? \* Et venit super me indignatio. **V.** Ecce

non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me. Et venit.

**Lectio ij.**

**P**orro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtive susceptip auri mea venas susurri ejus. In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pavor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt: Et cum spiritus me præsentem transiret, inhoruerunt pili carnis meæ. Stetit quidam, cujus non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audivi. Numquid homo, Dei comparatione justificabitur, aut factore suo purior erit vir? Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit pravitatem.

**R.** Quare detraxistis sermonibus veritatis: ad increpandum verba componitis, & subvertere nitimini amicis vestrum? **V.** Veritatem quæ cogitastis, explete. **Q.** Quod iustum est, iudicâte; & non inveniatis in lingua mea iniquitatem. Veritatem. Glória Patri. Veritatem.

F E R I A . S E X T A .

De libro Job.

**Lectio j.**

Cap. 6.

**R**espondens autem Job, dixit: Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in statéra. Quasi arena maris hæc gravior appareret: undè & verba mea dolere sunt plena: Quia sagittæ Dòmini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Dòmini militant contra me.

**R.** Induta est caro mea putredine & sordibus pulveris, cutis mea aruit, & contracta est: Memento mei Dòmine, quoniam ventus est vita mea, & dies mei velocitè transierunt, quam à texente tela succidit.

& consumpti sunt absque ulla spe. Memento mei.

**Lectio ij.**

**N**umquid rugiet ònager cum habuerit herbam? aut mugiet bos cum antè præsepe plenum steterit? aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum assert mortem? Quæ prius nolèbat tangere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt.

**R.** Paucitas dierum meorum finiendum brevi: dimitte me Dòmine, ut plangam paululum dolorem meum, **V.** Antequam vadam ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine.

**Q.** Manus tuæ Dòmine fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me? Antequam. **Lectio iij.**

**Q**uis det ut veniat petitio mea: & quod expècto, tribuat mihi Deus? Et qui cepit, ipse me conterat: solvat manum suam, & succidat me? Et hæc mihi sit consolatio ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti. Quæ est enim fortitudo mea ut sustineam? aut quis finis meus, ut patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea anea est. Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me.

**R.** Non abscondas me Dòmine à facie tua: manum tuam longè fac à me: **V.** Et formido tua non me terreat. **Q.** Corrìpe me Dòmine in misericordia, non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. Et formido. Glória Patri. Et formido.

S A B B A T O .

De libro Job.

**Lectio j.**

Cap. 7.

**M**ultis est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarii, dies ejus. Sicut ser-

vus

vus desiderat umbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi. Si dormiero, dicam: Quando consurgam? & rursus expectabo vesperam, & replèbor doloribus usque ad tenebras.

**R.** Quis mihi tribuat, ut in inferno pergas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus Dòmine, nisi tu, qui solus es Deus? **V.** Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei. **Q.** Numquid sicut dies hominis, dies tui, ut quæras iniquitatem meam: cum sit nemo, qui de manu tua possit erigere? Et constituas. **Lectio ij.**

**I**nduta est caro mea putredine & sordibus pulveris, cutis mea aruit, & contracta est. Dies mei velocitè transierunt quam à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe. Memento quia ventus est vita mea, & non revertetur oculus meus ut videat bona. Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam.

**R.** Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statéra. **V.** Quasi arena maris hæc gravior appareret, undè & verba mea dolore sunt plena. Et calamitas. **Lectio iij.**

**S**icut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descendit ad inferos, non ascendet. Nec revertetur ultra in domum suam, neque cognoscat eum amplius locus ejus. Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine anime meæ. Numquid mare ego sum, aut cætus, quia circumdedisti me carcere?

**R.** Quare detraxistis sermonibus veritatis: ad increpandum verba com-

ponitis, & subvertere nitimini amicis vestrum? **V.** Veritatem quæ cogitastis, explete. **Q.** Quod iustum est, iudicâte; & non inveniatis in lingua mea iniquitatem. Veritatem. Glória Patri. Veritatem.

Ad Magnificat, Antiphona.

In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum aliquid contra Deum locutus est.

D O M I N I C A I I .

Septembris.

In primo Nocturno.

De libro Job.

**Lectio j.**

Cap. 9.

**E**t respondens Job, ait: Verè scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit? Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subvertit in furore suo.

**R.** Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineamus? **V.** Dòminus dedit, Dòminus abstulit: sicut Dòminus placuit, ita factum est: sicut nomen Dòmini benedictum. **Q.** Nudus egredus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc. Dòminus dedit. **Lectio ij.**

**Q**ui commovet terram de loco suo, & columnæ ejus concutuntur. Qui præcipit soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo: Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris. Qui facit Arcturum, & Orióna, & Hyadas, & interiora Austri. Qui facit magnâ, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.

**R.** Antequam comedam, suspiro, & tanquam inundatis aquæ, sic rugitus meus: quia timor, quem timebam, evenit mihi: & quod verèbar, accidit: nonne simulavi? nonne silui?

R 3

non-